



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 11. Quâ intentione & attentione debeat fieri Oratio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

164 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
52. Sect. 8. n. 5. Filiucius n. 153. Al-
loza v. Indulgentia, Sect. 4. n. 21. Go-
bat n. 140. &c.

Si autem Bulla sonet : *Ibique per
aliquod temporis spatium devotè orave-
rint*; sufficiet, quinies recitare Ora-
tionem Dominicam & Salutationem
Angelicam, aut alias orationes æqui-
circiter temporis. Nam & physicè
& moraliter dicitur quis per aliquod
temporis spatium orasse, garrivisse,
&c. qui tanto tempore craverit, gar-
riverit, &c. quanto solent à Fidelibus
devotè quinies recitari *Pater & Ave.*
Gobat *ibid.*

Q. II. *Quâ intentione & attentione
debeat fieri oratio?*

R. 1. Debet fieri ad intentionem
Papæ expressam in Bullâ, ut adhuc
diximus *Parte I. Sect. 2.* & sigillatim
monent Lezana, Diana, Lugo, Go-
bat n. 141.

R. 2. Requiritur attentio exterior;
ut certum est apud omnes, etiam pro
recitatione Officii Canonici. An
etiam

etiam interior; de quâ controvertitur pro recitatione ejusdem Officii, & auditione Missæ? Omnino requiritur ex communiore sententiâ.

Optimè igitur Gobat n. 60. & 142. existimat, pro lucrando Jubilæo non sufficere orationem perpetuis voluntariis distractionibus implicitam: eò quòd in Bullis Jubilæi soleat præscribi, *ut devotè oretur, piæ ad Deum preces fundantur*, pro impetrandâ Summo Pontifici gratiâ ad Ecclesiam rectè gubernandam, pro exaltatione sanctæ Matris Ecclesiæ, Principum Christianorum concordia, &c. Preces autem illæ non sunt piæ, quæ fiunt cum prædictis distractionibus, nec valent ad impetrandum id quod intendit Pontifex: *Illam enim orationem Deus non audit, cui ille qui orat, non intendit*, ut sanctus Gregorius dicit, apud S. Thomam 2. 2. q. 83. a. 13.

Non sufficere, ad consecutionem Jubilæi, orationem perpetuis voluntariis distractionibus peractam, tenent

166 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
nent etiam ii omnes , qui absolute
docent, opera præscripta sic debere
fieri, ut nullâ ex circumstantiâ vitien-
tur; inter quos sunt Navarrus, Emm.
Rodriquez, Coninck, allati P. 1. Sect.
3. q. 3.

S E C T I O V.

DE JEJUNIO.

QUÆST. I. *Quale Jejunium requi-
ratur ad consecutionem Jubilæi?*

R. Tale requiritur & sufficit, qua-
le ab Ecclesiâ præcipitur extra Jubi-
læum. Thom. Sanchez *in Decal. l. 4.
c. II. n. 53.* & alii communiter. Bullæ
siquidem nihil omninò peculiare hæc
statuunt aut insinuant.

Hinc I. etiam in Quadragesimâ, li-
cebit vesci ovis, si aliundè ova per-
missa sint. Bonacina *q. 1. pu. 5. n. 16.*
cum Henriquez, Cajetano, & aliis;
Lugo *n. 108.*

Qui tamen aliunde habet privile-
gium